



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De defectione Attali, & Præfecto Heracliano, & quo modo postea Honorio
supplex ad pedes aduolutus veniam consecutus sit. Capvt VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

111
SOZOMENI HISTOR.

cessurum rescripsit: Imprudenter autem Iouius in tentorijs Alarichi legatum ex aula missum præstolatus Imperatoris sententiam Barbaris astantibus recitare iussit.

Nam Alarichus ob negatam dignitatem offensus, perinde ac si contumelia affectus esset, eadem hora signo tubæ dato Romam contendit. Veritus igitur Iouius ne forte Imperatori suspectus esset, quasi faueret Alaricho, in temeritatem priori etiamnum grauiorem incidit, ac per salutem Imperatoris cum ipse iurauit, tum & alios quoque præfectos iurare induxit, nunquam se de pace cum Alaricho facienda quicquam acturos: At verò Barbarus non ita multo post pœnitentia ductus, significat se dignitatem iam nullam petere, quin se auxiliarem Romanis fore, si modò commeatum mediocrem, & habitationem donent locorum, qui à Romanis non magni fierent.

*De defectione Attali, & Præfecto Heracliano,
& quo modo postea Honorio supplex ad pe-
des aduolutus veniam consecutus sit.*

CAPVT VIII.

CVM autem legatione per episcopos quosdam facta huius rei petitione bis frustratus esset, Romanis reversus ciuitatem oppugnat, & portu ex altera parte occupato cogit Romanos ut Attalum vrbis tunc temporis Hyparchum, crearent Imperatorem: Romanis igitur ad aliud Imperium translatis, constituitur vtriusque exercitus dux Alarichus, & sororis eius maritus Aatalphus præfetus equitum, quos domesticos appellant. Attalus porrò senatu cōuocato orationem habuit prolixam ac splendidè elaboratam, qua senatui promittebat, se patria omnia illi cōseruaturū, & Aegyptum insuper & uniuersum Orientis imperium Italiam subiecturum: sed ille vtcumque sese iactaret ne integro quidem anno Imperator vocandus erat: Atqui tamen à vatibus quibusdam excantatus, pollicitantibus ipsum Africam sine pugna obtenturum, ne Alaricho quidem obtemperabat, suadenti ut modicam manum Carthaginem transmitteret, ad interfisi-

interficiendos Honorij præfectos, si forte hi se ipsi oppo-
nerent, neque Iohanni quem stipatoribus suis præfecce-
rat, qui monebat oportere Constantem, quem ipse in Ly-
biā mittendum decreuerat, quasi ab Honorio missum,
rescripto, ut moris erat, quod edictum vocant, Heraclia-
num principatu deponere, cui tuū temporis militū in
Aphrica præfectura commissa erat: Fortassis autem & hæc
successissent, nondum enim res Attali innotuerant ijs, qui
erant in Lybia. Cum itaque Constans ex vatū sententia
Carthaginem abnauigasset, Attalus vsque adeo mente ca-
ptus fuit, vt ne dubitare quidem dignaretur, sed plane sibi
persuaderet, se Aphros iam secundum prædictiones va-
tū habere subditos. Itaque Rauennam versus expeditio-
nem mouet. Simul atque igitur Ariminum vnā cum Ro-
manorum ac Baſbarorum exercitu peruenisse nunciaretur,
scribit ad illum, ceu ad Imperatorem Honoriū, & le-
gatis missis ijs, qui sub ipso maximis dignitatibus fungen-
turbantur, declarat se illum libenter in regni consortium esse
recepturum. Attalus verò se Imperij consortē admissurū
esse negat, sed indicat Honoriū, vt vel Insulā vel locū eli-
git, quem vellet, in quo priuatus degat omni Imperatorio
cultu deposito. In eo cardine cum res versarentur, vt & na-
ues iam haberet paratas, si forte necessitas eum abnauiga-
re cogeret ad fratris filium, ex improviso sub sex signis cir-
citer quatuor milia militū ex Oriente noctu Rauennani
appulerūt, quibus ille mœnium excubias commisit, quod
indigenarum militū proclivitatem ad præditionem me-
tueret: Interea temporis Heraclianus imperfecto Con-
stante vigiles cōstituit in portibus, & littoribus Aphricæ,
& mercatorum naues Romanam proficisci vetus. Ex quo
cum fames Romanos inuaderet, illi hac de re legatos mit-
tunt ad Attalum. Ille verò cum huic rei nullum videret
remedium, Romanam reuersus est, quasi cum senatu super
hac re consilaturus. Fame interim intantum inualescen-
te, vt & cattaneis pro frumento vterentur, & nonnulli
los etiam carnes humanas gustasse suspicarentur, Ala-
richus quidem suadēbat vt quingentos Barbaros aduersus
Heraclianum mitterent, sed senatui & Attalo videbatur
non oportere concredi Barbaris Aphricam. Cum igitur

Dd iiij

manife-